



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

9. Diuæ Virginis - Matris, reliquorumq[ue] Sanctorum Cultus perpetuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

qui eo nomine Pontificatu maior censeri debet, quòd ad eum magno Purpuratorum Patrum consensu vocatus, maiore gloria reiecit, quàm plerique admittunt, aut ambiunt.

Cum nulla maior sit gloria in Ecclesiâ Catholicâ, quo quis possit conscendere, in hâc destinam Leodiensis Ecclesiæ Maiestatem.

*9. Diuæ Virginis - Matris,
reliquorumq; Sanctorum
Cultus perpetuus.*

Qvis de horum Cultu dubitet, qui tot augustissima Tèpla videat, eorum honori dicata? Consule, quæ diximus in Baldrico Episcopo 47. ubi reperies, ab eo vel erecta, vel dotata Tempa B. Virginis, B. Lamberti, B. Bartholomæi, B. Iaco-

Iacobi: A Theodiuino 53. ha-
 bemus Ecclesiam B. Mariæ in
 Hoyo, & S. Euermari Marty-
 ris in Rutis. Obertus 55. San-
 cti LAMBERTI Templū splen-
 didè exornauit: Ecclesias San-
 cti HVBERTI, & S. Fidei ex-
 truxit. In Alexandro 58. leges
 de Ecclesiâ Noui Monasterij
 prope Hoyum: de Floreffensi
 prope Namurcum: de Kokino-
 rum, prope S. Christophorum.
 In Henrico 60. de Alnensi Mo-
 nasterio, rogante S. Bernardo:
 in Radulpho 62. de Ecclesia S.
 Laurentij. Satis ista de Tem-
 plis, etsi plura alia sunt, quæ ad-
 dere liceat. Solus Notgerus 46.
 tot extruxit, annis 36. quibus
 præfuit; vt qui ignoret, aliquot
 seculorum opera censeat. Ad-
 damus pari compendio pauca
 alia, quæ in alio genere, ad

Sanctorum cultum spectant.

S. Domitianus 20. S. Seruatiij Sepulcrū magnā pietate frequentare solitus est, & quā licuit, ornare. Idem fecit S. Monulphus; qui & splendidum Templum ad cæteram pietatem adiecit: illudque prædijs suis perquam opimis opulentauit. Ioannes Agnus bona sua, non contemnendæ rei, SS. Cosmæ, & Damiani Oratorio legauit. Fulcarius 32. & deinceps Gerbaldus 34. S. Swiberti Canonizationi (vt voce Ecclesiasticā vocamus) Religiosam operam dederunt. Walcandi 35. opes luculentæ, Ecclesiæ S. HVBERTI in Arduennâ, doti fuerunt. Eraclius 45. recuperatâ ad D. Martini tumulum, valetudine, eiusdem Sancti Medici sui honori nobile Templum erexit, &
con-

consecrauit: exemplo suo docens, quàm Deo gratum sit, ad Sanctorum *Memorias* peregrinari. Sic enim Maiores vel Ecclesias, vel Monumenta beatorum Martyrum, aliorumve Dei amicorum, vocare consueuerat. Eiusmodi peregrinationes, ad SS. Apostolorum Principum Corpora potissimum, obierunt plures Antistites Leodienses: vt S. Seruatus, S. HVBERTVS, atque alij.

Iam, vt taceam, Sanctorum Festos dies, religiosè semper à Leodiensibus Nostris cultos fuisse: noua quoque Festa aliquot Leodienses Præsules instituerunt, aut institui curarunt. Sanè Robertus 68. ad cæteram Pietatem suam hoc adiecit, vt in toto Cisterciensium Sacro Ordine, S. LAMBERTI Festum celebra-

lebraretur, cuius eatenus tantum fiebat Commemoratio. Iohannes 83. S. eiusdem Martyris Capiti splendidum, totâ suâ Diœcesi Festum instituit. Erardus 84. Translationis eiusdem Festi, sacram pompam maiore, quàm antè ageretur, magnificentiâ auxit. Et longè priùs, Stephanus 39. S. Eugeniũ Martyrem nobili itidem Festo honoravit.

Altaria quid hoc loco memorem, Sanctorũ nomine dedicata? Ecclesias qui antea tot Sanctorum vocabulo erectas audiuit, de Altaribus dubitare quĩ poterit! Ægrè vnum Templum totâ Diœcesi reperias, in quo Ara non sit, alicuius Sancti nomine cõsecrata: quin potius plurima sunt, in quorum singulis, eius generis multæ reperian-

periantur ; maxime Beatissimæ
Virginis Matris Dei, cultu , &
veneratione celebres.

Monet me huiusce Sanctæ
Virginis mentio , vt de eâ ali-
quid obiter addam , extra ordi-
nem , & supra sortem reliquo-
rum Sanctorum , qui omnes
eam vt Matrem, Dominam, &
Reginam agnoscunt.

Præter Festa plura, quæ tota
Ecclesia Catholica , huic Dei
Matri celebrat , proprium ha-
bet , quod vocat Recollectio-
nem Festerû B. Virginis, paucis
per Belgium , Ecclesijs com-
mune.

In omnibus fere toto anno
Diuinis Officijs , si non exhi-
betur Matri Dei præcipuus post
Deum , cultus: fit tamen de eâ,
honorifica Commemoratio.

In plerisque tum Religioso-
rum

rum hominum Ecclesijs, tum Parœcijs sub Vesperam decantantur eiusdem Virginis Matris Laudes, quas Leodiensis Populi vsus *Gratias* vocat: ideo opinor, quod Deo gratiæ referuntur pro beneficijs, nobis per Deiparæ preces, liberaliter exhibitis.

De Imaginibus eius, & honore, in quo Leodij sunt paulò post commodus erit locus dicendi. Peregrinationes item ad loca quædam, peculiari eius honori dedicata, & prodigijs à Deo nobilitata, infra recensentur. Claudamus iam hoc caput.

10. *Sanctorum Reliquia.*

VT antiquissima omittamus: recolantur hæc. Walcandus
35. S. HYBERTI Sacrum Corpus